

Cap. LXXXII. De tenentibus letamen in civitate Tergesti vel extra. R.ca.

Hoc edicto statuentes prohibemus quod nulla persona sit
 166 B ausa vel presumat in civitate Tergesti, videlicet in viis
 publicis vel consortium tenere aliquod letamen vel vinatiam, // 5
 sub pena viginti sold. par. pro quolibet et qualibet vice contra-
 facta. ¶ Et si aliqua persona congregaverit sive agravaverit
 aliquod letamen in civitate Tergesti, vel extra Ianuam Riburgi
 usque ad fontem domine Yeppe per stratam publicam, ipsum
 congregare fodere agrumare debeat sine aliquo ferro, ut vie 10
 non devastentur, et hoc sub pena quadraginta sold. par. pro
 quolibet contrafatiente, quod letamen sic agrumatum infra
 tertiam diem, postquam fuerit agrumatum, remove debeat
 de viis et locis predictis, et si fuerit agrumatum in platea co-
 muni, infra unum diem ipsum remove debeat, et hoc sub 15
 pena sold. viginti par. pro quolibet contrafatiente et qualibet
 vice contrafacta, et nichilominus ipsum letamen remove
 teneatur. ¶ Et nulla persona sit ausa agrumare letamen sub-
 ter tabulas platee comunis, sub pena predicta. ¶ Et nulla
 persona sit ausa ponere extra civitatem Tergesti in stratis pu- 20
 blicis vel consorcium letamen neque alegam vel aliquas alias
 inmunditias vel res impediens stratas, sub pena centum sold.
 par. pro quolibet contrafatiente et vice qualibet contrafacta.
 ¶ Et etiam sub proxime dicta pena nulla persona sit ausa
 tenere prope puteos vel fontes scitos in civitate vel districtu 25
 167 A Tergesti aliquod letamen vel alias inmunditias. // ¶ Insuper
 nulla persona sit ausa tenere nec ponere seu teneri vel poni
 facere aliquod letamen vinatiam vel alia putrida ante ecclesias
 puteos ac fontes tam intrinsece quam extrinsece civitatis Ter-
 gesti, nec etiam in Platea Sancti Nicolai extra Ianuam Riburgi, 30
 vel in fossato coherenti pontarolo predicto, in fossato comunis
 prope muros ¹⁾ comunis de contrata Riburgi, in fossato Cavane,
 scilicet a turri domus comunis usque ad Pontem Sancti Mi-
 chaelis, vel super portum vel molos comunis, et per spatium

¹⁾ mucos.